



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

NICOLAS DAMASCENE
EX NICOLAI
DAMASCENI
UNIVERSALI HISTORIA.

SE V

De moribus gentium libris exceptis

JOHANNIS STOBEI

collectanea,

QVÆ

NICOLAVS CRAGIVS latina fecit, &
seorsum edidit. EI et Tred.



BIBLIOTHÈQUE S.J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

A P V D [Genevae]

Petrum Santandreañum,

clo. I. xcii.

Q Y . A

ເມືອງຄູນເຈົ້າແນວດັບຕະຫຼາດ

11102 C I C I D

VIRTUTE, ERUDITIONE
ET GENERE NOBILISSIMO
OLIGERO ROSÆCRANTIO
ILL. D. GEORGII ROSÆCR. F.
NIC. CRAGIVS S. D.

Rædicatur à multis Nobil. Oligere, & quidem do-
ctissimis viris, singularis tui ingenij felicitas, necnon
egregium circa Philosophiam studium. Et tu ipse re-
fidem facis, nihil ad gratiam ab illis fangi, sed quan-
tum laude eorum ferrur, tantum merito sibi tribus. Praclarum
vero institutum, nec scio an generoso & exelso tuo animo aliud
dignus. Ac gratulor patriæ familiaque talē Rosæcrantium;
gratular parentibus tam insignem filium. Sed patere tamen, mihi
Oligere, amore tui, patriaque studio, hoc à me dici, non tantum
conuenire tibi tam illustri loco orto, eam quæ in contemplatione
naturæ occupata est Philosophiam; sed multo magis alteram, quæ
de Virtutis actionibus differit, & vita ciuilis præcepta tradit.
Nam hæc proprius ipsum hominem id est, mentem nostram attin-
git, & in ea humana sapientia meditatio & exercitatio præcipue
consistit. Quod laud dubie ita saniores quique Philosophorum
indicarunt, qui illa non concordii, istius studium vel maximè sibi
excellendum existimarunt. Id quod ne longè peritis exemplis tibi
confirmare necesse sit, à Principibus Philosophorum disces. Vide
mibi septem sapientes Graecie, qui Philosophiam ipsam condide-
runt,


runt, eorum solum Thalerem habes naturae arcana scrutantem, reliqui in Politia versati. Et ex illis ipsis Philosophus, quos maximis facere potes, Socrates, Plato, Aristoteles, Theophrastus, permagnam in banc operam & studium posuerunt. Atque ut paucis absoluam, fuit hoc familiare cunctis ferè Philosophis, ac in primis Academicis tum Peripateticis. Quorum è numero est Nic. Damascenus haud postremus, qui ad exemplum Aristotelis ac Theophrasti, huius generis scripsit libros octoginta Kadodixii, 150 eias, ut vocat, seu de moribus gentium vniuersarum, plenos haud dubie bona frugis & multiplicis doctrinæ. Utinam extarentur tantummodo, cum huius, cum istorum auctorum quos dixi, scripta, non esset ista eruditæ doctrinæ pars à cultoribus adeo deserta: sed inneniret complures tui similes verè nobiles, id est ad virtutis gloriam recta via gravissantes, quorum animis efficacissimum sui amorem excitaret. Sed quia manca præceptorum aliquatenus Philosophia, & historia huiusmodi politica destituimur, haud nullo in operærecio studium ab iis occupari putandum, quibus ad curram est hæc qualiacunque veterum Rerumpub. monumenta conservare. Quapropter quæ ipsis Nic. Damasceni in collectaneis apud Stobæum reperi, placuit descripta & seorsim excusa hoc tempore euulgare, ac quod ad Cnemas seu sententias propriè non pertineant, suo quasi auctori ex aliena possessione asserta restituere. Nam quæ apud Athenæum sunt, vel quæ alia è perimentia obseruare licuerit, alias additurus. Ac tam non solum hæc eius generis, ut politicum efficiant, sicut nec item philosophorum præcepta: eo tamen loco habenda, ut cum usu rerum communicta prudenter & consilij fundamenta maiorem in modum confirment. Sed præcepta & instituta politica Nobilis. Olympos, ex hisce & aliis philosophorum libris petes: sum certè non aliunde melius disces, quam

quam ab illustri parente suo, in quo Deus tibi viuum sapientie & aliarum magnarum virtutum exemplum statuit. Ad cuius imitationem si totum te compares, eique re quam simillimum pretestes, nihil ferè maius est, quod à te patria desideravit. Quod tibi ut contingat, omnes patriæ amantes precamur, idque ut de te indubitate speremus, q[uia] virtus & eruditio iubet tua. Per quam virtutem tuam, Nobiliss. Oligere, te maiorem in modum rogo velis hunc libellum tuo nomini dicatum, gratum habere, & præ illo animum, unde prodit, longè magis acceptare. Quod si feceris, hoc quod iam fiduci mei erga te pignus, huins libelli oblatione habes, dabo operam ut postmodum aliquo cum fœnore luam & redimam.

Vale feliciter nobilissime.

Oligere.

aa 3





ΕΚ ΤΩΝ ΝΙΚΟΔΑΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ΘΥΝΟΙ.

Θυνοί τοις γενεγένεσθιλαι φεύποις διχόρδοι, φίλοις ποιούνται. Τῶν διξέρων, τοὺς μὲν ἔκουσίκος ἐλθόντας, σφόδρα πιμῶσι πιέσσοντας, κολαζούσι.

ΑΡΙΤΟΝΟΙ.

Αείπονοι τῷ ἐμψύχῳ εἰδὴ διποκτείνονται. τὰ δὲ κεράμια τῷ χρηστείων σὺ χρυσοῖς ἐλύτερις φυλάττουσι.

ΔΑΡΔΑΝΟΙ.

Δαρδανεῖς, Ιλλυρικὸν ἔθνος, τεὶς σὺ τῷ βίῳ λούσταγμόνον, ὅταν γέμνωνται, καὶ θηταράμοις, καὶ πλαστῶντες.

ΓΑΛΑΚΤΟΦΑΓΟΙ.

Γαλακτοφάγοι, Σκυδικὸν ἔθνος, αἴσιοί εἰσιν, ἀλλερ καὶ οἱ πλεῖστοι Σκυδῖοι.

Τεφριὰ δὲ ἔχουσι γάλα μόνον ἴππων, οὓς δὲ πυρεπιοιωῦταις, ἐδίουσι καὶ πίνουσι. Καὶ εἰσὶ δὲ τότε μνομαχότατοι, σὺν αὐτοῖς πάντη τινὲς τεφριὰ ἔχοντες. οὗτοι καὶ Δάρειον ἐτρέψαντο.

Εἰσὶ δὲ καὶ δικαιούτατοι, κοινὰ ἔχοντες τὰ τεκτίματα καὶ τὰς γυναικας. οἵσε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτῷ πατέρας ὄνομαζεν, τοὺς δὲ νέοις παῖδας, τοὺς δὲ ἥλικας αὐτελφούς.

Σὺ δὲ καὶ Ανάχαρσις, εἰς τῷ ἐπτά σοφῶν νομισθής· ὃς ἦλθεν εἰς τινὲς Ελλάδας, οὐαὶσορητῇ τὰ τῷ ἀλλων οὔμιμα.

Τοῦτον καὶ Όμηρος μέμνηται, σὺ οἶς φησι;

Μυστῶν τὸν αὐγεμέχων καὶ Αγανῶν ἴππο μολυζῶν,

Γαλακτοφάγων, Αβίων τε, δικαιοτάτων αὐτεφόπων. Αβίοις δὲ αὐτοῖς λέγει, οὐδὲ τινὲς γένει μὴ ζεωργεῖν, οὐδὲ τὸ αὐτίκον εἶναι, οὐδὲ τὸ χρῆμα

EX NICOLA O DAMASCENO DE MORIBVS GENTIVM.

T H Y N I.

HYNI naufragos humaniter excipiunt, & amicitia sibi deuinciunt. Sed & ex peregrinis eos, qui sponte accedunt, eximiè honorant: Qui verò inuiti ad ipsos delati fuerint, puniuntur.

A R I T O N I.

Aritoni nullum animal mactant. Oracula sua testis inscripta habent, quæ in aureis inuolucris custodiunt.

D A R D A N I.

Dardani, gens Illyrica, ter saltē in vita lauantur, quum in lucem recens editi sunt, quum nuptias contrahant, quum fato sunt functi.

G A L A C T O R H A G I.

Galactophagi, gens Scythica non in ædibus degunt, ut & plerique alij Scytharum.

Victus eis saltē equarum lacte constat, vnde caseos conficiunt, ut ita eotum potu etim cibo vtantur. Itaque non facile bello superantur, quod comedatus ubique ipsis præsto sit. Hi & Darium domum remeare coegerunt.

Sunt autem in vicem iustissimi, ut pote qui facultates & uxores communes habeant. Vnde inter se Seniores quo suis patres suos appellant, iuniores filios, & æquales fratres.

Ex his oriundus Anacharsis, in septem sapientum numero habitus, qui in Græciam venit, ut leges & instituta aliorū disceret.

Quin meminit eorum & Homerus ubi inquit, Mysorum cōminus pugnantium, & Argauorum equas multagentium.

Et Galactophorum, Abiorūmque iustissimorū hominum. Abios autem vocat eos, siue quod terram non colerent, siue quod sine domib⁹ degarent, siue etiam quod bisoli arcus in

χρῆστας τούτοις μόνοις πίξαις. Βίον γὰρ λέγει τὸ τόξον.

Παρεὶ τούτοις εὖδὲ εῖς, εἴ τι θεοῖς ἡ φαστή, εἴ τι μισῶ, οὐτε φοβούμενος ἐσθρητή, δῆλος τούτου σπουδάτων καὶ δικαιοσύνης.

Μαχητοὶ δὲ οὐχ ἥττον αὐτῷ αἱ γυναικες, οἱ αἱδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς δταν σέην. Καὶ δέ τέτο Αμφίζονας γῆματατας εἶναι, οἷς ποτὲ ἐλάσσα μέχρι Αθηνῶν καὶ Κιλικίας, ὅπι τότε παράκουι εἶγις τῆς Μακάνδρου λίμνης.

I B H R O I.

Ιβηρον αἱ γυναικες κατέστησαν διευφαίνων σὺν κοινῷ δικτύουσιν. Αἱδρες δὲ χρεπτόντοι κείναστες, τὰ ταλεῖσα ἔργασιαδύνεις πεφτώσιν.

Ἐχουσι δὲ καὶ μέτεον τη Γάνης, η τινὰ γαστέρα φειλαβεῖν μὴ διεπιθωσιν, αἱ χρεπτάργαντα.

O M B R I K O I.

Οιβεκοὶ σὺν ταῖς ταρέσ τοις πολεμίοις μάχαις αἴριστοι γενοῦνται πτητοῦντοι ζεῦν, αλλ' αὐτούντοις η νικᾶν, η διποθνήσκειν.

Οιβεκοὶ δταν ταρέσ αλλίλους ἔχωσιν αἱμοτούτην, καθόπλιθάτης, αἵς εἰς πολέμον, μάχαιρας χρησταί τοις κατακλύζονται, ηνα μηδοκῶσι φεύγειν τοις διποσφάξαστες.

K E L T O I.

Κελτοὶ οἱ τελώνειοι γέτινάντος, αἱρεψτήσιοντα τοῖς γόνοις πεποντοτατα πη οικίαν φέγγον.

Πλημμεύειδες δὲ σὺν τῆς ἔξω Θαλάττης ἐπερχοδόντος, μετέθηλαν απαγόντοις ψαρέμενοις διος κατακλύζονται, ηνα μηδοκῶσι φεύγειν τοις θάνατον φοβεῖσθαι.

Τελτοὶ σιδηροφυρουμέντοις τὰ κῆραν πόλιν προστέονται.

Μοίζαδὲ δέδει βούναματος τη ξένοντα πλέοντος, η πολίτειν περὶ τη μήδη γὰρ θάνατος η Γαμίαν πέφτει μη παλίτου φυγή.

Τιμῶσι μάλιστα της χάρεσν τελ κοινῷ περιστομόντος.

Ταὶ δὲ θύεις τῆς οἰκῶντος εἰδέποτε κλείουσι.

P A I D A L I O I.

Εγ Παιδαλίοις, Τελτοὶ Εὔρει, οὐχ ὁ Σύνας, αλλ' ὁ σπειεποτατος τῆς παρέ-

G E N T I V M.

bellis usurparent. Arcus enim poetæ haud raro βιος dicitur.

Apud hos (ut ferunt) neminem deprehendere est inuidia laborantem, aut odio flagrantem, siue metu perculsum, propter vitæ istam communionem & iusticiam.

Bellicosæ autem ipsorum non minus mulieres sunt, quam viri, quæ & vna in prælium eunt, quum ita factio opus. Itaque & Amazonas fœminas generosissimas esse, adeò ut progressæ sint cum exercitu olim Athenas, & in Ciliciam usque, quando vide-licet iuxta Maeotim paludem habitarunt.

I B E R I.

Iberorum mulieres quotannis in publicum exhibent, quod tela confecerunt. Viri autem suffragiis electi de ipsis iudicant, & quam earum plurimum laborasse inueniunt, ei primos honores deferunt.

Habent quoque zonam certæ mensuræ, intra quam si venter cuiusquam comprehendendi nequeat, pro dedecore id magno habetur.

Vmbrici quum controversias inter se habent, pugnant armati ac si bello congregendum esset: & videntur iustiorem habuisse causam, qui aduersarium interemerint.

C E L T A E.

Celtæ Oceani accolæ, pro dedecore habent, si quis muro aut domui ruenti se subducatur.

Inundatio quum ex mari exteriori accedit, armis induti ei obuiam eunt, subsistuntque donec mergantur, idque ne fugientes videantur quoquo modo mortem formidare.

Celtæ gladiis cincti Reipub. negotia tractant.

Grauiorem etiam poenam apud eos luit, qui peregrinum, quam qui ciuem interemerit. Illi enim mors irrogatur, isti exiliū indicitur.

Ante omnes honore eos afficiunt, qui victoria potiti agrum aliquem in publicum acquisuerunt.

Ianus ædium nunquam occlusas habent.

P Ä D A L I S.

Apud Pædalios, gentem Indicam, non sacrificus, sed prudensissimus

παρέγνων κατάρχεται τούτοις. αὐτεῖται δὲ αὖτε θεῖον μόνον αἷλον, πλίνων δικηροσώματος.

ΠΡΑΤΣΙΟΙ

Πρεσβύτοροι τους ἀδυγείτονας, εἰς λιμῷ πεθώσι, πρέφετοι.

ΤΕΛΧΙΝΕΣ.

Τελχῖνες αὐτοφοποιόνομα λόμποι τὸ αὔτεκαθν κρῆτες, οἰκήσαντες τηνήν Κύπρων. μετανασάντες δὲ εἰς Ρόδον, καὶ περιθῶν τηνὴν γῆσσον καταρχόντες, βασικαροί τοι σφόδρα ἔσαν καὶ φθονεσσί.

Τεχνῖται δέοντες, καὶ τὰ τοῦ περιθῶν ἔργα μητούμποι, Αθηνᾶς τηλχίνιας ἄγαλμα περιθῶν ιδρύσαντο, ὡστερ εἰς της λέγει Αθηνᾶς βασικανου.

ΤΑΡΤΗΣΣΙΟΙ.

Παρὰ Ταρτησίοις νεωτέρῳ πρεσβύτερου καταμαρτυρεῖν, οὐδὲν εἴπεται.

ΛΕΥΚΑΝΟΙ.

Λευκανοί δικάζονται ἀλλήλοις, ὡστερ ἄλλου πνὸς ἀδικήματος, οὐταντανασάντες καὶ ἀργίας.

Ἐαν δὲ πις ασωτῷ διανείσας χρέος ἐλεγχθῇ, σέργεται ἀπό.

ΣΟΥΝΙΤΑΙ.

Παρὰ Σουνίταις κατ' ἔτος, οἵτε θεοὶ κείνονται Δημοσίᾳ, καὶ αἱ παρθένοι. οἱ δὲ γερεθεὶς αὐτοῖς εἴτε, λαμβάνει τὴν βούλεται, εἴτε οὐ μετ' ἀκείνον διύτερος, καὶ φτονεῖς εὐρεῖται.

ΛΙΜΙΡΝΙΟΙ.

Λιμύρνιοι κοιταῖς τὰς γυναικας ἐχούσι, καὶ τὰ τέκνα σὺ κοινῷ πρέφουσι μέχει ἐπὶ τῷ πάντε. εἶτα παῖς ἔκτῳ σιωνέγκαντες ἀπαγατα τὰ παγδία, τὰς ὄμοιοτητας περὶ τοὺς αὐτόρας εἰκόνους, καὶ ἐκάστῳ τὸ ὄμοιον διπλοῦθασι πατεῖ: αὐτὸς δὲ αὐτὸς λαβεῖ τὸ παγδίον, ἐκάστος γὰρ διπλολαμβανεῖ.

ΣΑΥ-

tissimus omnium qui præsto sunt, sacra auspicatur. Petitur autem à Diis nihil aliud quam iustitia.

P R A Y S I I.

Praysij, vel Prafij, vicinos fame afflitos alimento subleuant.

T E L C H I N E S.

Homines illi qui Telchines dicti, antea quidem Cretenses erant, sed postea & Cyprum inhabitarunt. Vnde quum in Rhodum migrassent, primique eam insulam occupassent, maligni admodum & inuidi extiterunt.

Quum verò & hi artes mechanicas exercent, maiorumque opera imitarentur, Mineruæ Telchiniaz statuam primi excrunt, quod nomen sonat ac si dicas, Mineruæ inuidæ.

T A R T E S S I I.

Apud Tartessios minori natu aduersus maiorem testimonium ferre non licet.

L V C A N I.

Lucani tanquam criminis alicuius, etiam luxuriæ ignauiaeque iudicia agitant.

Si quis coniugius luxurioso mutuum dedisse, mutuo isto multatur.

S A M N I T E S.

Apud Saunitas vel Samnites de adolescentibus & virginibus quotannis publicum habetur iudicium. Quem igitur eorum optimum esse sententia iudicium pronunciarit, is sibi ex virginibus eligit vxorem quam vult, deinde secundus ab eo alteratur, & sic de cæteris fit deinceps.

L I M Y R N I I.

Limyrii uxores habent communies, & liberos communiter alunt usque ad annum ætatis quintum. Anno autem sexto in unum conuocant omnes pueros, atque tum ex similitudine ad quemlibet virorum coniecturam facientes, cuilibet similem patris filiam assignant. Quum itaque quis agnoverit puerum suum, tum quilibet eum ut filium educat.

ΣΑΤΡΟΜΑΤΑΙ.

Σανοσμάται δέ τειῶν ἡ μερῶν σπουδῆται εἰς ταλίρφοσιν.

Ταῖς δὲ γυμναῖς πάντα πείσονται ὡς διασοίναις.

Παρθένον δὲ καὶ φρέστερον σωματίζουσι φερός γάμον πείναν πολέμον
αὐδρακτείην.

ΚΕΡΚΕΤΑΙ.

Κερκέτη τοὺς ἀδικήσαντας ὅπουῦ; τῷ δὲ ιερῶν ἀπείργουσιν.

Ἐπ' αὐτὸν δὲ τις κυβερνῶν σκάφες δέξαμάρτη, προστάντες ἐφεξῆς ἔκαστοι εἰμίνουσι αὐτῷ.

ΜΟΣΤΝΟΙ.

Μόπωνοι τὸν ἔκυρθόν Βασιλέα τρέφουσιν πυργῷ κατάλεισον.

Εανὶ δὲ τις δέξῃ κακῶς ποτὲ βεβηλεῦθεν, τῷ λιμῷ αὐτὸν διποκτείνεται.

Τὸν δὲ τρεφόμενον στονὸν δέξισθαι διατρέψει, μέσος κοινῇ δέξελόντες τοῖς
ἀφικημένοις ξένοις.

ΦΡΥΓΕΣ.

Φρύγες ὄρκοις ω̄ χεῶνται, οὐτ' ὁμιλεῖται, οὔτε ἄλλοις δέξορκοιστες.

Εανὶ δὲ τις παρ' αὐτοῖς γεωργικὸν βοιῶδε ποκτείνῃ, ή σκεῦος τῷ δεῖγμῳ
ωργίαν κλέψῃ, θανάτῳ ζημιώσει.

Φρύγες ω̄ κατορύζουσι τοὺς ιερεῖς τελετίσαντας, ἀλλ' ὅπερι λέθαιος
δικαπήχεις πέθαστο ὄρθοις.

ΛΤΚΙΟΙ.

Λύκοις τὰς γυναικας μᾶλλον, ή τοὺς αὐδρας πυμῶσι, καὶ καλοῦσθαι
μετερέθη. Ταὶς τε κληρονομίας ταῖς θυγατρέσσοις λείπουσιν, καὶ τοῖς ψόταις.

Οἱ δὲ αὐλαδίστεροις αἴλοφοις κλέπτων, θοῦλος γίνεται.

Ταὶς δὲ μαρτυρίας σὲ ταῖς δίκαιαις, οὐκ εἶθεν παρέχονται, ἀλλὰ κατὰ
μίνα.

ΠΙΣΙΔΑΙ.

Πισίδαι μηπνουστες ἀπάρχονται τοῖς γονεῦσιν, ἀς ὑμαῖς τοῖς θεοῖς
εὐεργεστονδίοις.

SAVROMATÆ.

Sauromatæ (vel Sarmatæ) tribus diebus cibo se ita ingurgitant, ut repleantur.

Vxoribus in omnibus obtemperant, tanquam Dominabus.

Virgini non prius nuptias concedunt, quam hostem aliquem interficerit.

CERCETÆ.

Cercetæ reos cuiuscunque admissi criminis ita puniunt, ut sacris interdicant.

Si quis scapham gubernans impegerit, accedentes ordine singuli illi inspuunt.

MOSYNI.

Mosyni Regem suum educant turri inclusum.

Si quis iudicatus sit minus benè in publicum cōsuluisse, eum fame enecant.

Frumentum quod ipsis ex agris prouenit æqualiter distribuunt, partem inde aliquam in commune conferentes pro peregrinis aduentientibus.

PHRYGES.

Phryges omni abstinent iureiurando, ita ut nec ipsi iurent, nec alios ad iurandum adigant.

Si quis apud eos bouem aratorem interficerit, aut agriculturæ instrumentum surripuerit, morte multatur.

Phryges non defodiunt in terram sacerdotes mortuos, sed super columnas lapideas decem cubitorum erectos statuunt.

LYCI.

Lycij plus honoris mulieribus quam viris deferunt, nominaque eis à matribus indantur: Itemque bonorum hæredes filias, non filios relinquent.

Si quis liber condemnatus fuerit furti, poena seruitutis ei irrogatur.

Testimonia in causis non protinus ferunt, sed post mensem demum.

PISIDA.

Pisiæ conuiuentes, parentibus epularum primitias libant, perinde ut in nos Diis federum amicitiaeque praeditibus.

Grauis-

Η δὲ μοιχίη κείσις ἔστιν αὐτοφαταθήκης· τὸν δὲ δόπον ερίσαντα, θεωροῦσιν.

Εαν δὲ μοιχὸς αἴλος, αφαιρέγεται τὸν πόλιν ὅπου μὴ τῆς γυναικὸς, ὅπερ ἡμέρας τακτάς.

A I Θ I O P E S.

Αἰδίοπες τὰς αἰδελφὰς μάλιστα πιμᾶσιν ηγήταις δύσποχας μάλιστα καταλείπουσιν οἱ βασιλεῖς, εἰς τοῖς ἑαυτῷ, αὐλαὶ τοῖς τῷ αἰδελφῶν ψοῖς. Οὐταν δὲ ὁ δύσποχός αὐτὸς μὴ ἦ, τὸν κάλλιστον ἐκ πάντων ηγήταις μαχιμώτατον αἰενῦται βασιλέα.

Ασκῆσιν δὲ διστέσαιν ηγήταις μικροσύνην.

Ἄθυοι δὲ αὐτῷ αἵ οἰκια, καὶ σὺ ταῖς ὁδοῖς καιριμένων πολλῶν, εἰδένεις κλέπτει.

B T A O I.

Ἐν Βασίσις λίβυσσαν ἥπερ μὲν αὐτῷ βασιλέει, γυνὴ δὲ γυναικῶν.

B A S O T L I E I S.

Βασουλίεις λίβυες δταν πολεμῶσι, τὰς μδυνύκτας μέχονται, τὰς δὲ ἡμέρας εἰρκείων αἴρουσι.

D A Y O L I B T E S.

Δαφολίβυες ὅταν συναχθῶσι, πάντες ἀμύνανται μιᾶς ἡμέρας μὴ μόνον πλειάδος, καὶ μὴ τῶν ἑίσασιν χωρὶς τῷ γυναικῶν κατακειμένων κατασβέοντες τὸν λύχνον εἰσέρχονται, καὶ ὁ τυχόν, καὶ αἱ τύχηι λαμβάνει.

I A L X L E T E I S.

Ιαλχλιδεῖς λίβυες, δταν πολλοὶ μυνισθεοῦται γυναικαὶ αὐτῷ τῷ ποδὶς ἡ δειπνοῦσι, παρεύσοις τῆς γυναικὸς πολλὰ δὲ σκηπτόρων, εἴφ' ὧ αἱ ουγαντέλαση, τούτῳ συοικεῖ.

S O R D O L I B T E S.

Σορδολίβυες καὶ διὰ πόλιτῶν ταῦτα σκεῦος εἶχω κύλικος καὶ μαχαίρας.

A L I T E M I O I.

Αλιτέμοι λίβυες τοὺς ταχυτάτους αὐτῷ αἰενῦται βασιλεῖς. τῷ δὲ αἰδηλων πιμᾶσι τὸν μικρότατον.

Grauissimum apud eos iudicium depositi agitur, quod qui fraude inuertere conuictus fuerit, morte afficitur.

Si quis in adulterio comprehensus fuerit, is cum adultera asino insidens per urbem circumducitur, idque ad constitutum aliquot dierum spacium.

AETHIOPES.

Aethiopes sororibus potissimum honorem exhibent, & successionem tradunt Reges, non suis, sed sororum filiis. Quod si ex iis nullus supersit, cui succedere ius sit, tum pulcherrimum omnium & bellicosissimum Regem deligunt.

Exercant ij præcipue pietatem & iustitiam.

Aedibus ipsorum nullæ sunt ianuæ, cumque in viis publicis multa sita iaceant, nemo eorum aliquid furatur.

BVLVI.

Apud Buæos, Libyæ seu Africæ gentem, vir inter viros dominatum gerit, mulier iater mulieres.

BASVLEI.

Basulici, Libyæ gens, quum bellum gerunt, noctu quidem prælium committunt, interdiu vero pacem seruant.

DAPSOLIBYES.

Dapsolibyes simulatque in vnum conuenere, vniuersi simul nuptias cōtrahunt eodem die, post occasum pleiadum. Etenim ut coniuinati sunt ad mulieres seorsim accumbentes extinctis luminibus adeunt, quamque earum forte quispiam natus fuerit, eam & vxorem dicit.

IALCHLEVEI.

Ialchleuei, gens Libyca, quum multi simul eandem sponsam ambient, apud sacerum seu sponsæ petitæ patrem coenant. Dum vero multis dicteris sibi inuicem illudunt, cui eorum sponsa ariserit, is eam dicit.

SARDOLIBYES.

Sardolibyes nullam supellestilem sibi parant, præter calicem & gladium.

ALITEMII.

Alitemij Libyes perniciissimos Reges eligunt: Ex reliquis prout quisque maximè iustus est, ita & dignitate eminet.

No-

ΝΟΜΑΔΕΣ.

Οι Νομάδες τῷ Λίβυων, καὶ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξὶν, αὐτῷ αὔρθησαν τὸν χρόνον.

ΑΦΑΡΑΝΤΕΣ.

Αφάραντες Λίβυες ὄνοματα εἰκάζουσιν· ἥλιος δὲ αὐτῶν πιλοθρεψεῖται, ὡς πολλὰ κακὰ φήναντι.

Τῶν δὲ θυγατέρων αἱρέσας κείνους, τὰς πλεῖστον χρόνον μεμφυκάς παρθένους.

ΒΟΙΩΤΟΙ.

Βοιωτοὶ ἔνιοι τοὺς χρέος ψεύδοντες εἰς αἴρεσιν αἴρονται, καθίσαντες πελδόντων, εἴτα κόφινον ὅπιτελουσιν αὐτῷ· ὃς δὲ αἱ κόφινων θῆται πόμος γίνεται. Δοκεῖ δὲ τῷ παπούθεντα, καὶ ὁ Ευερπίδου πατέρ, Βοιωτὸς ὣν τὸ γένος.

ΑΣΣΥΡΙΟΙ.

Λατύρειοι τὰς παρθένους σὺν αἴρονται πωλοῦσι τοῖς θέλουσι σωσοκεῖν· περίτες μὴ τὰς δηγμεισάταις καὶ καλλίστας, εἴτα τὰς λοιπὰς ἐφεξῆς. Οἵταν δὲ ἐλθωσι ὅπι τὰς φαιλοτάτας, κηρύττουσι, πόσσον τὶς θέλει περσελεῖν ταύτας σωσοκεῖν, καὶ τὸ συναχθὲν ἐκ τῆς τῷ πρεπῶν πομῆς ταύτας περσελεῖται.

Λουθοὶ δὲ μάλιστα βαδίτητα καὶ αἰργυροίσιν.

ΠΕΡΣΑΙ.

Πέρσαις δὲ ποιεῖν ἔξεστιν, καὶ δὲ λέγουσιν.

Εἰπὲ δὲ τις πατέρα κτείνη, τάσσονται πάντες οἴονται.

Εἰπὲ δὲ πατέρα περσάξῃ βασιλέας μαστιγώσαι, δέχαται, ὡς αἴγαδον τυχόν, ὅπι ἀπέκμησθε βασιλέας.

Ἄθλα δὲ λαμβαίνουσι τῷ φέτῳ βασιλέως πολυτεχνίας.

Οἱ δὲ πάγδεις παρ' αὐτοῖς, ὡστερ μαθήματα, τὸ ἀλιθεύειν μιθάσκονται.

ΙΝΔΟΙ.

Παρ' Ινδοῖς ἔνι τις δάστερηθῆ δανείου, ή τελευταῖσθίκες, οὐκ ἔτι κείσις.

NOMADES.

Nomades & ipsi Liby whole gens, in temporum dinumeratione non diebus, sed noctibus videntur.

APHARANTES.

Apharantes Libyes nominibus carent, soli orienti conuicium faciunt, ut qui multa mala in lucem proferat & ostendat.

Ex filiabus optimas eas censem, quæ tempore quam longissimo virgines manent.

BOEOTI.

Quidam Bœotorum decoctores qui non sunt soluendo in forum adducunt, & considerare iussis cophinum superinniciunt: Ac qui hoc cophini poena affectus fuerit, inde infamis fit. Quam poenam irrogatam etiam Euripidæ patri, qui ex Bœotis oriundus erat, sunt qui existimant.

ASSYRII.

Affyrii virgines in foro vendunt quibuslibet eas sibi iungi desiderantibus. Ac primo quidem veneunt, quæ forma omnium sunt venustissima, tum deinceps reliquæ. Quum verò ventum tandem fuerit ad maximè deformes, per præconem diuulgant, quantum quisque pecunia accipiat, ut eam ducat. Atque ita pretium ex formosarum venditione redactum, in elocandas deformes impendunt.

Coniungunt pariter exercentes in moribus potissimum gratuitatem & mansuetudinem.

PERSÆ.

Apud Persas quod factum turpe existimatur, id nec dictu honestum censem.

Si quis patrem necauerit, eum subdititum non genuinum filium existimant.

Si quem iusserit Rex flagris cædi, is tanquam beneficio affectus, gratias agit quod eius Rex meminisset.

Quibus soboles numerosa est, ij præmium eo nomine à Rege ferunt.

Pueri apud ipsos, vera dicere, non fecus atque disciplinam aliquam discunt. INDI.

Apud Indos quum quis fraudatur mutuo aut deposito, actionem

bbb nem

κείσις ἀλλ' αὐτὸν αἴπατα όπιστος.

Οἱ δὲ τοχρίτου πηγάδας χεῖρας ὁ φθαλμὸν, θανάτῳ ζημίτα.

Τὸν δὲ μέγιστα ἀδικήσαντα, ὁ βασιλὺς καλόνει πείσαθαι, ὡς ἐχάπτε
ζόντας ταύτης ἀπίμιας.

Ινδὸς συγκατακάγκων, δὲ ταν τελευτήσοντα, τῷ γυμναῖν τὴν περφρ-
λειτάτιν, αὐτῷ δὲ σατηνού ἀγῶν μέρος γίνεται, επικαλύπτονταν νικῆσαι ε-
κάστου τῷ φιλῷ.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙ.

Λακεδαμονίοις τέχνας μενθάνειν ἄλλας ἢ τὰς εἰς πόλεμον, αὐχεῖν
ἔτιν.

Εἰσινταγαῖται δὲ πάντες ἢ κοινῷ.

Τοις δὲ γένεσταις αὐχείνονται, καὶ μὲν ἦτορ ἢ πατέρες.

Γυμνάσια ὥστερ αὐτῶν ἔτι, ἕπτα καὶ παρθένων.

Ξένοις δὲ ἐμβιοῦνται ἐξεῖν τὸ Σπάρτη, εἰτε Σπαρτάταις ξενιτόμενοι.

Ταῖς δὲ αὐτῷ γυμναῖς περιγκελόνται ἢ τῷ διειδεύσαπον κύεσθαι,
καὶ αὐτῶν καὶ ξένων.

Χρηματίζεσθαι δὲ αὐχεῖν Σπαρτάτη.

Νομίσματι δὲ χρῶνται σκυτίνω, εἰαὶ δὲ περιφέρει τὸν δύρεθνος χρυσὸς ἢ αρ-
γυερος, θανάτῳ ζημίτα.

Σεμιώνονται δὲ πάντες, δηλὶ τὸ ταπεινὸν αὐτοῖς παρέχειν, ηγήκατ-
ίσοις ταῖς αρχαῖς.

Μητρεῖζονται δὲ μᾶλλον πάρ' αὐτοῖς οἱ γυναικεῖς διποθνήσκονταις, ἢ οἱ
ἀντυγχῶνταις.

Οἱ δὲ πάγδες νομίμως τελεῖ τὰ βωμὸν πελμόντες ματιγεῖσθαι, ἵνα αὐ-
τὸί γει λειφθέντες τεφανωθῶσιν.

Αἰχεῖν δὲ ἔτι μηλῶν σύσκενον, ἢ συγγυμναστεῖν, ἢ φίλον γλυκέσθαι.

Κείσις δὲ ταῖς γεννήσαις δηλὶ τὸ τέρματι τῆς βίου περστήσεται, τοῖς τε
δὲ ἢ κακῶς ζῶσιν.

Όταν δὲ σεφτεύσονται ἐξω χέρες, πῦρ δέσθε βωμῷ τῇ αὐγήτορες Διὸς
σταυρόδικος πυρφόρες λευθρόμυος, σώνεστι τῷ βασιλεῖ ἀσβεστον αὐτὸ-
περγον.

Σωτ.

nem non habet, sed sibi culpam imputare debet, quod credidit.

Si quis artificem manu vel oculo priuauerit, morte pœnam luit.

Qui grauissimo obnoxius delicto est, iubente Rege condetur, tanquam hoc extremæ sit ignominiae.

Indis mortuis iungitur in pogum vxor ex omnibus dilectissima vna cremanda. Inter ipsas autem acerrimum certamen oritur, adiuuantibus quamlibet suis amicis, ut vincat.

L A C E D Æ M O N I I .

Lacedæmonij non satis honestum ducunt, aliis operam nauare artibus, quam ad res bellicas pertinentibus.

Cibum omnes viri vna capiunt.

Senes quo suis omnes reuerentur, non secus ac parentes suos.

Vt viris sua sunt exercitia: ita sunt virginibus item sua.

Peregrinis Spartæ degere fas non est, nec Spartanum peregrinè proficiisci.

Vxoribus suis potestatem faciunt prolem suscipiendi ex pulcerimis, tum ciuium tum peregrinorum.

Quæstum facere Spartano indecorum.

Nomismate vtuntur ex Corio. Quod si verò contingat aurum domi alicuius vel argentum deprehendi, morte pœnam luit.

Maxima omnibus hinc glotia, si se humiles & obedientes magistribus suis præbeant.

Beatores apud eos iudicantur, qui præclaram mortem oppertunt, quam qui in magna prosperitate viuunt.

Pueri ex lege quadam aram circumeuntes flagellantur, donec pauci ex iis reliqui, perdurantes sub flagris, coronas præmium auferunt.

Minus honestum censetur timidum aliquem, contubernalem vel Gymnasij socium, vel amicum sibi iungere.

De Senibus iudicium fit circa finem vitæ, qui nam ex iis bene, qui sequi vitam suam traduxerint.

Quum exercitus educitur extra limites regionis, ignem incendit sacerdos, qui Pyrphorus, id est ignifer, dicitur, ab ara Iouis ductoris, quem à Rege non procul remotus præfert, inextinctum feruans.

Συντηκέμπονταν τῷ βασιλεῖ μάντεις, καὶ οἱ αὐλῆται, οἵ τοις
ταῖς μάχαις αὖτε σαλπίγων ἀεὶ χρῶνται: μάχονται δὲ εἰς φανωρίους.

Τανίσανταν τὸν βασιλεῖ πάντες, ταλαιψόροι. Οὐκύει τοῦτο τῆς ἀρ-
χῆς ὁ βασιλεὺς, καὶ τοὺς τῆς πόλεως νόμους βασιλεύειν.

ΚΡΗΤΕΣ.

Κρῆτες φεῦτοι Ἕλλείσιν, νόμοις ἔχον Μίνωος θερμόν, ὃς καὶ φεῦτος
ἐθαλασσοχεάτησεν. προστεποιεῖτο δὲ Μίνως τῷ Διὸς αὐτῷ μημα-
θικέντα, δι' οὗτοῦ ἐγένετο εἰς τὸ οὔρος φοιτήμ, σὺν τῷ Διὸς αὐτεργοῦ ἐλέγετο, καὶ κε-
τεῖται αἱ πινακίνομοι φέροντοι τοῖς Κρητί. Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Οὐμεδεῖς, σὺ
οἵ λέγει.

Τοῖσιδεν δὲν Κυωνὸς μεγάλη πόλις, ἐνθα Μίνως γε.

Εννέωρος βασίλευε, Διὸς μεγάλοιο ὄφειτης.

Οἱ δὲ Κρητῶν πᾶντες αὐτοὶ ζοντανοὶ κοινῇ μετ' αὐλήλων σκληραγω-
γούμενοι, καὶ θέρεας καὶ δρόμοις αὐτοῖς αὐτούς πόδες κατανύοντες, καὶ τοὺς
εὐόπλιον πυρρίχους εὐπονοῦσσες, οἷς πνα φεῦτας εὗρε Πύρρος χρεώ-
νιάτης Κρήτης τὸ γένος.

Συσιτοῦσι δὲν κοινῷ οἱ αἱδρεῖς, τηλαύτην διαιταν ἔχοντες ὅξιον
πάντες.

Δῶρε δὲ αὐτοῖς δέσιν δύπλα πριώτατα.

ΑΤΤΑΡΙΑΤΑΙ.

Αυταιειάται τοις ἀδυάτραις τῷ σεαπάντεν δὲν ταῖς ὁδοιπορείαις ψό-
ποτε ξῶνταις δύολείπουσι.

ΤΡΙΒΑΛΛΟΙ.

Τειβαλλοὶ τίταρες φάλαρας δὲν ταῖς μάχαις ποιοῦνται· τηλαύτην φεῦ-
ται τῷ αδινῶν, τηλαύτην ἔχομέν τοις περιτίσσων, τηλαύτην τῷ ἑπτάνην, τη-
λαύταισι τηλαύτην γυναικῶν, αἵ αὐτοῖς εἰς φυγὴν τρεπομένοις καθάρην τοις
βλασφαμοῦσσαί.

ΚΑΤΣΙΑΝΟΙ.

Καυσιανοὶ τοις μέρεσιν ωρμόντοις θρησκεύοντος τοις δὲ τελετούσαντας μα-
χαεῖζονται.

ΚΙΟΙ.

Κίοι τοις δύο θανάτοντας κατακεύσαντες καὶ οσολογημέντας δὲν ὀλμο-

Adiunguntur autem Regi in bellum eunti **Vates**, medici, **tibicines**. Nam tibiis in bellis vice tubarum utuntur. Pugnantes autem coronis ornantur.

Regi assurgunt omnes præterquam **Ephori**. Iurat autem Rex antequam regnum adeat, Imperaturum se iuxta leges Reipublicæ.

C R E T E N S E S.

Cretenses primi inter Græcos leges habuerunt, à Minoe Rege conditas, qui & primus maris imperio potitus est. Fingebat autem Minos se ab ipso Ioue didicisse, quod per annos nouem ad montem quendam commearet. Vbi antrum Ioui sacrum erat, à quo reuersus semper leges aliquas Cretensibus attulit. Cuius nieminit Homerus suis versibus, quorum hæc sententia:

Inter illas est Gnossus vrbs magna, vbi Minos

Nouem annis imperauit, qui Iouis magni confabulator erat.

Cretensium pueri in vnum publicè congregantur, ibi que vñā duriter educantur, & venationibus dediti per accluia nudis pedibus discurrūt, & armati ad saltationem Pyrrhicham dictam magnò labore assuefiunt, cuius inuētor fertur fuisse Pyrrhichus Cydoniates, genere Cretensis.

Viri autem simul in publico cibum capiunt, eadem viætus ratione æqualiter omnia ipsis præbentur.

Dona apud ipsis plurimi æstimata, sunt arma.

A U T A R I A T E.

Autariatæ milites per viam ægros imbecillesque factos, in viuis nunquam relinquunt.

T R I B A L L I.

Triballi quatuor Phalanges seu ordines in acie instruunt: Primam Phalangem faciunt imbecillum: Alteram ab ea fortissimorum quorūmque: Tertiam Equitum: vltimā mulierum, quæ reliquos in fugam versos conuiciis sistunt.

C A V S I A N I.

Causiani eos qui in lucem eduntur, deplorant; qui autem è vita excedunt, eos beatos iudicant.

C I I.

Cij mortuos quum cremarunt ossa eorum colligunt, quæ in

bb 3 mor-

τὰ ὄσα καταπίασκον, εἴτα cνθέντες εἰς τλοῖον, καὶ κόσμιον λαβόντες
αὐτοπλέοντι εἰς πέλαγος, καὶ πρὸς τὸν αὔμον ὅξεδχάζουσιν, ἀχεις αὐτῶντα εὑρυσθή καὶ ἀφανῆ γένηται.

ΤΑΤΡΟΙ.

Ταῦροι Σκυθικὸν ἔθνος, τοῖς βασιλεῦσι τοὺς διηνουσάποις τῷ φίλων συγκαταθάπτεσιν. ὁ δὲ βασιλὺς διποθανόντος φίλος, οὐ μέρος ἢ τὸ δόλον διποτέμνει αὐτὸν, προθέτων αὖτις τὴν τελευτήσαντος.

ΣΙΝΔΟΙ.

Σινδοὶ ποσούτοις ἵχθις δηλὶ τοὺς πάφοις δηπιβάλλονται, ὅσοις πολεμίοις ὁ θαυμόμυος ἀπεκτονώσθη.

ΚΟΛΧΟΙ.

Κολχοὶ τοὺς τελευτήσαντας ως τάπτεσσιν, ἀλλὰ κρεμῶσιν διπὸ δινόρων.

ΠΑΝΗΒΟΙ.

Πανήβοι Λίβυες, ὅταν αὐτοῖς βασιλὺς διποθάνηται, τὸ μὴ σῶμα κατορύπτουσι, τὸν δὲ κεφαλὴν διποκόψαντες, ὡς χρυσώσαντες αὐτοπέθασιν cν iερῷ.

ΤΕΛΟΣ.



mortario contundunt. Tum in nauigium imponentes in altum nauigant, vbi per cribrum ea ad ventos dispergunt, donec omnia difflantur & euanescent.

T A V R I.

Tauri, Gens Scythica, vna cum Regibus mortuis gratissimos quosque eorum amicos humare solent. Rex verò quum amicum aliquem morte amittit, aut partem auriculæ, aut totam eam abscindit, prout dignitas amici mortui merebatur.

S I N D I.

Sindi quum quenquam sepeliunt, tum quot hostes in vita occiderit, totidem pisces, eius sepulcro iniiciunt.

C O L C H I.

Colchi vita functos non humi sepeliunt, sed ab arboribus suspendunt.

P A N E B I.

Panеби Libyes mortuo Rege corpus reliquum terra condunt: caput autem trunco amputatum inaurantes in sacris statuunt.

F I N I S.

